

51.

Notariatsinstrument in welchem bezeugt wird, daß Moritz Lam dem Magister Johannes von Salista die von dem Bischof Johannes von Merseburg ertheilte Subdelegation überreicht habe. 1445 Juni 2.

Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 176 fol. 63^v.

Anno 2c. XL quinto, die vero secunda mensis iunii, hora vesperarum vel quasi, 5
in domo venerabilis egregiique viri domini Iohannis de Salista, arcium magistri, prepositi
ecclesie metropolitane Upsalensis in regno Swecie, discretus Mauricius Lam, clericus
civitatis Magdeburgensis, in dicti domini prepositi ecclesie Upsalensis et mei notarii
publici testiumque infrascriptorum ad hoc solemniter adhibitorum et requisitorum pre-
sencia personaliter constitutus quandam subdelegationis litteram reverendi in Christo 10
patris ac domini, domini Iohannis episcopi ecclesie Merseburgensis 2c. eiusque sigillo
rotundo sigillatam, cuius tenor inferius annotatur, dicto domino preposito ecclesie Upsa-
lensis cum ea qua decuit reverencia exhibuit, petens tenore eiusdem sibi in forma solita
et consueta decerni et dari processus citatorios contra nonnullos in dicta subdelegacione
principaliter ex adverso nominatos, et eciam precipue sibi dari in curatorem dominum et 15
magistrum Iohannem Wysen dicte cause sue ex eo quod ipse constituens iunior xxv
annis adhuc esset. Dominus vero prepositus memoratus dictas litteras humiliter recepit
easque omni prorsus suspicione carere vidit sibi que autenticas, dictum magistrum
Iohannem Wysen in curatorem dicte cause ibidem presentem volentem et onus huius-
modi in se sponte suscipientem dedit, recipiendo ab eo iuramentum solitum et consuetum 20
quod velit et debet procurare utilia et cavere inutilia pro posse et nosse et deinde pro-
cessus citatorios in forma solita et consueta ad votum petentis dari decrevit, presentibus
ibidem Nicolao Mustelwitz pedello universitatis Lipczensis et Petro Iacobi laico
Upsalensis.

52.

25

Johannes von Salista, Domprobst in Upsala und Rektor der Universität zu Leipzig stellt dem Moritz Laem von Magdeburg, Mitglied der Universität, ein Sittenzeugniß aus. 1445 Juni 23.

Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 176, fol. 63^a.

Nos Iohannes de Salista, arcium liberalium magister, prepositus ecclesie metro-
politane Upsalensis in regno Swecie, rector alme universitatis studii Lypczensis Merse- 30
burgensis dyocesis, tenore presencium recognoscimus publice profitentes, dilectum nobis
Mauricium Laem de Magdeborg nostre universitatis esse membrum bene meritum atque
dignum, cui ad causam seu causas, quam vel quas contra et adversus providos Nicolaum